



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

7. Quae formula ferendae sententiae? an sententia errorem juris  
continens ipso jure nulla sit? an sententia libello conformanda? an sub  
conditione prolata valida? an à judice exprimenda verba ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

existimavit, quod victoria primæ justam litigandi causam videatur præbere secundæ: quam sententiam veram putamus, si causæ obscuritas diversum utriusque instantiæ fecerit exitum: quod si in lite improbabâ, ab iniquo Judice lætiorem tulera calculum, secunda instantia rectè nibil minus in sumptus damnatur. Rebus: *art: i. nu. 39.* Qu i D si transactum fuerit de causa? Hoc utique casu, sublatâ quæstione principalî etiam tollitur sumptuum quæstio. L. 3. ubi DD. C. de fruct: & lit. expens: Idem dicendum, si quis cognito penitus adversarii jure, bonâ fide à litede stiterit Barth: *sup. ad L. 43. dereg. jur.* Celsat etiam condemnatio in expensas, cum ex consensu utriusque litigatoris causadicio disceptratur. argumen: nov. 112. cap. cum fiscus succubuit. Cuiac. in par: C. de sport. cum Episcopus nov. 123. cap. 28. tenuiores. nov. 15. cap. 3. nec non illi qui his cum litigant. L. ult. C. de fruct: & lit. expens.

7. Transeamus ad formulam: proposita ante omnia sciendum i. in causâ condendum esse, ut habetur auth. jubemus. *C. de jud:* quia nequit Judex ferre sententiam

nisi omnibus auditis, quæ litigatores ut  
 trinq; producere, & allegare volunt. *Can:*  
*judicantem iii. q. 5.* Quare, ubi partes à Ju-  
 dicere requisitæ, dixerint se nihil aliud pro-  
 ponendum habere, jussæque utrinq; ulte-  
 rioribus probationib<sup>o</sup> renuntiare id præ-  
 stiterint (quod est in causa concludere)  
 Judex ad causæ principalis decisionem se-  
 accinget, allegatisq; ac probatis qmnbis  
 studiosè examinatis partes citabit pro cer-  
 tâ die ad audiēdum jus dici, & sententiam  
 ferri. *cap. Bertholdus 18. hoc v. 2.* Judex ipse  
 pro tribunali sedens sententiam feret ni-  
 si consuetudo aut etiam jura per alium  
 ferri permittant, ut accidit in Episcopis  
 aliisque personis illustribus: quæ per sub-  
 stitutos sententias suas pronuntiant) idq;  
 in loco publico & confuento. *Leg. pen: ff. de*  
*justit: & jure. & L. si cum dies. §. arbiter. ff. de*  
*arbitris.* quare nec equo insidens rectè fe-  
 ret sententiam, nec è turri aut alio loco  
 eminenti litibus non dicato ut docet *Azo*  
*in sum: C. ut quæ des: perit. recit.* 3. ferenda  
 in scripto sententia, ut sit valida. *Cap: fin:*  
*de offic. ord: in 6.* idque ut evitetur fraus in  
 iudiciis: exceptis causis levibus maxime  
 vilium.

willum personarum Authen: nisi breves C. de-  
sent: ex breviculo recitanda. Item causa ma-  
trimonialis: idq; speciali favore matrimo-  
nii & liberorum. 4. ferri debet servato  
juris ordine cap. in causis 19. h. t. nempe lite  
contestata auditis utrinq; probationibus,  
causâq; plenè cognita non secundum sci-  
entiam privatam Can: judicat. iii. quaq;  
ita secundum legem præscripta cap. i. b.  
nam sententia lata contra leges aut Ca-  
nones, si juris errorem expressum conti-  
neat, ipso jure nulla est. cit. cap. i. ut si Ju-  
dex pronuntiet minorem 14. annis posse  
facere testamentum, quia lex id expresse  
prohibet. L. à quâ etate. ff. qui test: fat. po:  
Dico expressum, quia si contineat erro-  
rem juris non expressum, quamvis lex  
contra leges & Canones valet: quia pre-  
sumptio juris est pro sententiâ; quod licet  
licet Judex justâ causâ motus eam tulenti  
5. debet esse certa sententia & libello con-  
formis. cap. licet. infra. de fin. nisi causa fu-  
erit criminalis: quia licet accusator libel-  
lo suo petat reum puniri hâc vel illâ po-  
nâ, potest Judex non attento libello eam  
infligere, quæ sibi justa videtur; uti & i  
civili

civilibus potest Judex quoad modos, qualitates, & tempora non sequi petitionem libelli, sufficitq; si sententia sit conformis libello in re petitâ, in causâ, & in actione, in re qdem, quod Judex de aliâ non pronuntiet *Gail: 1. observ: 42. in causâ* verò, quod Judex aliam non proferat *L. habeat.*  
*ff. de Instit. act.* Deniq; in actione, ut sequatur actionem quam actor instituit. *L. edita.* *C. de edendo.* Dubitari posset, an sententia lata sub conditione ferri posset? Respondet *Ulpianus in L. 1. §. biduum ff. quando appell:* non esse ferendam sub conditione, si tamen dicta fuerit, valere perindè, ac si conditio adiecta non fuisset. Non distinguit, utrum conditio intrinseca an extrinseca sit: nec quidquam ergo distingunnt, ita *Accurs: & DD. in L. 11. C. de sent. & interl.* Quin imò, ne de intrinseca quidem, quod scribunt (vocant autem intrinsecam, quæ exactis pendet) possis per omnia probare. Valet quidem hæc sententia. *Absolvo si juraveris, sed quod Accurs. putavit vale-*re & istam, *Condemno, si probatum sit, fal-*sum videtur *Cumano & aliis: fundatis in L. quid tamen. 21. §. Pomponius. ff. de recept:*  
*Dubi-*

Dubitatur præterea, an Judex verba exprimere debeat formalia? Respondendum negativè: sufficere æquipollentib<sup>o</sup> usum. L. 3. Cod: de sentent: quæ fin. cert. quant. prof. AN causam condemnationis, vel absolutionis sententia continere debeat? Respondeatur posse, si velit: non tamen cogi. C. veat autem, ne falsam causam inseratur ineptam: si fecerit, sententia valorem nullum habet. cap: sicut: de sent: & re jud: li quem ferenda sententia, an in Dominum an in Procuratorem? Respond: in eum, cum quo lis contestata est. L. 1. C. de sent. & interl: sive Dominus is fuerit sive Procurator. Excipiuntur causæ criminales & matrimoniorum, in quibus sententia in ipsum Dominum ferenda. arg: L. ult. C. de injur. Quid si Dominus litem contestatus sit, deinde Procuratorem dederit? A: zo in L. nihil 20. de procur. existimant, nihil interesse, utrum ab initio, an post litem contestatam datus sit Procurator; utroque casu in hunc non in Dominum ferendam sententiam: contrarium videtur colligi ex L. 1. C. de sent. & interl.

Quid si pendente alteruter decesse riti

rit? Respondeo, si dominus dececerit cùm litem contestatus esset Procuratore eius, in Procuratorem rectè nihilominus fertur sententia. *cit. L. nulla C. de Proc.* Sin Procurator, qui litem contestatus erat, dececerit, non hæres eius in litem succedit, ut quidam putant, sed Domin⁹. Quod si ipse Dominus litem contestatus dececerit, in hæredes transfertur judicium. In mortuum certè lata sententia nullius est momenti. *L. de qua re. 74. §. ult. Postremò,* de totâ re, an & de parte litis judicare possit, partem intactam relinquens Jūdex? *Resp: de re totâ: si de parte judicatur, sententia nullius est momenti. L. in hoc judicio. 27. & ibid: DD. ff. famili. Ercisc:* *Cuiac: 23. obser. 1.* Sed etsi de re totâ judicatur, si tamen cum posset, certam quantitatem amplexus non fuerit in condemnatione; sententia inutilis est, ut si dixerit. *Omnem debiti quantitatem cum usuris competentibus §. Curare. Instit de act. L. pen:* *& ult. C. de sent. quæ sine certâ quant prof: At si dixerit. Quantum petitum est. valet sententia, si modo actor certam quantitatem libello amplexus fuerit. L. in sententijs 59.*

*ff. de re*

*ff. de re jud.* Eo amplius, si vel in calculo erraverit, sententia nulla est. Ut si dixerit. Cum constet Titium Seio ex illa causa 50. ex alia 25. debere: Titium Seio in 100. condemnno L. 1. §. 1. ff. Quæ sent: sine appell: res: L. 2. C. de re jud. Si in actis scriptum sit, Pronunciaisse Iudicem, nec tamen adjectum, sedentem pro tribunali de scripto: an præsumantur solennitates intervenisse? Negat Bald: in L. 1. C. de sent. ex peric. recit. motus Bartholi placito, quo dixit solennitates extrinsecas non præsumi intervenisse, nisi ex verbis appareat. L. 13. §. ult: ff. de Publ: in rem act. Nobis contrarium videtur verius. arg. §. si scriptum. Inst: de inut. stip.

8. Dicta sententia, Judex esse definit, nec mutare eam potest, quia finiendo lit: tem officio suo functus est. L. quod iusit. 14. *ff. de re jud.* Aetorum tamen verba tenore sententiæ perseverante emendare potest. L. 66. *ff. eod.* Potest & supplere eadem die: quæ ad consequentiam statutorum pertinent. v. gr. si in prolatione sententiæ omisit condemnationem in expensas, fructus, poterit supplere eadem die, non vero postea. L. Paulus. 42. *ff. de re jud.*